



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

38. Statuunt beneficia remotiora omnibus ex aequo communia, Christi mortem baptismum &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

nia, sed causa occasio consecravit. Illud ipsum nimirum est, quod Molina dixit: Deum decessisse parvulis istis beatitudinem dependentem a remedio per usum liberi arbitrii alicuius exhibito. Nam mors illa per Herodem allata, remedium parvulorum fuit: quo libertate Herodis exhibitio, dependenter ab illo Deus beatitudinem sempiternam eis voluit.

NOTA XXXVI.

Item respectu eorum, qui damnantur.

Am quisquis tantillum in principijs conclusiones latentes inspicere potest, facile videt, in his verbis aliam recentioribus doctrinam Faustum aperuisse. Si enim ipse rogatus fuisset, utrum Deus non aeterno reprobationis decreto parvulos illos, qui vel in utero matris, vel improvisa morte abripiuntur, reprobaverit, & noluerit salvos fieri; obviā jam responsonem habuisset ad manum: Non propterea hoc contingere, quod aliquid de perditione parvulorum illorum Deus constituerit, eos nolendo salvos fieri, sed quod occasio causarum naturalium vel liberarum eis mortem procuraverit, quā praevisā Deus eos damnationi tradiderit. Eadem quippe contrariorum est ratio, & eorum praecipue, in quibus eadem ratio majori ratione locum habet. Nam longē Deus ad beatandum, quā puniendum ex se propensior est. Latentem illam responsonem recentiores ex principijs suis evolverunt. Petentibus enim, quomodo Deus tales serios velit salvos fieri, qui nullo ei resistunt voluntatis arbitrio, respondent: Deum quidem velle ut salvi fiant, sed quantum cursus rerum naturalis & providentia ratio statui lapsu conveniens patitur. Quod idem est ac si Faustus etiam de damnandis illis parvulis diceret: De ceteri sorte cessante mors pueris pro diaboli inferus furore. Non ergo eis praedestinatio mortem addaxit, sed causa occasio consecravit. Quid enim est diaboli furor, & causa occasio, nisi cursus rerum, & providentiae ratio statui lapsu conveniens? Nam ideo ibidem addit Lessius, post peccatum non ita Deum compellere vim diabolicam, ab causarum naturalium actionibus, aut iniuriis avertere, quin multi per earum violentiam peccant etiam eos velit Deus salvos fieri.

NOTA XXXVII.

Gratiam attemperant isti proposito generali Dei, & libero arbitrio hominis.

Se ergo stabilita illi generali, & conditionata Dei voluntate salutis omnium, atque elisa illa durissio a ac fatali, ut putant, decreti praedestinationis reprobanturque sorte, progrediuntur ulterius recentiores ad excogitandam talem gratiam, quae & isti universalitati divinae voluntatis, & conditioni quam involvit, hoc est humanae voluntatis libertati attemperata sit, ut cum ea videlicet agat vel non agat, si voluerit; non autem potenter flectatur, ut agat, & trumque a Mathiensibus istius gratiae architectis, didicere, ut in sequentibus particulatim demonstrandum est.

NOTA XXXVIII.

Statuunt beneficia remotiora omnibus ex a quo communia, Christi mortem, baptismum &c.

Primum itaque eam vehementer averferentur recentiores illam gratiarum tenacitatem, nimiumque scrupulosam discretionem, quā uni datur a Deo, alteri non; inducunt ipsi e contrario Deum gratiarum effusorem in omnes quaquaaversum liberalissimum. Quod ut obtineant plausibilius, etiam atque etiam commendant, beneficia Christi, mortem, passionem, baptismum, & similia remotiora salutis adipiscendae remedia, pro omnibus omnino hominibus, nullo excepto, exhibita esse. Quod intelligunt non tantum quoad sufficientiam, quod nemini in Catholica fide dubium esse potest, sed etiam quantum ad aliquam efficaciam, ex qua quaedam propinquiores gratiae ad omnes omnino homines quantumcumque barbaros fluant. Doctrina ista in recentiorum scriptis notissima est, nec testimonijs eget, videndus Lessius, Suarez, Molina, & ceteri passim.

Idipsum eodem sensu Mathienses strenuissime veluti basim erroris sui sollicitē inculcādo commendabant. Nam apud Prosperum iterum iterumque dicunt: Pro universo humano genere mortuum esse Dominum nostrum Iesum Christum & neminem prioris a redemptione sanguinis eius exceptum, vtiā nisi omnem hanc vitam alienissimā ab eo mente pertranserat; quia ad omnes homines pertineat divinae misericordiae sacramentum (baptismus) itaque quantum ad Deum pertinet, omnibus paratam vitam aeternam. Unde Faustus exprobrat Catholicis, quod assererent, Christum humanam carnem non pro omnium salute sumpsisse. Et Galli Augustino, quod, in eius sententia, non pro totius mundi redemptione Salvator sit crucifixus.

NOTA XXXIX.

Beneficia etiam propinqua, gratiam scilicet sufficientem, omnibus effundunt liberalissime.

Si fundamento recentiores aliam doctrinam imponunt solemnissimam, quā Deum gratiam quandam sufficientem omnibus hominibus impertiri tradunt. De qua tanquam celeberrimā vide, si libet, eundem Lessium, Suarez, Molinam, & alios. Quomodo est omnium redemptor, inquit Less. si non impetravit omnibus auxilium, quo possint liberari? Sed prodijt ea, quae ad recentioribus praedicatur, ex officina Mathiensium: qui studiosissime istam gratiae sufficientis generalitatem inculcabant, sine qua ista fatalia, quae vocabant, decreta, de salute paucorum procuranda, neglectis ceteris, se revolutum iri cernebant. Audite tribuere solet, insidiantem atque calumniantem: Cum responderimus: totum plane gratia est, sed omnibus lib. arb. c. 17

Leside praes. scilicet. o. n. 65.

idem.

Prosp. lib. Epist. ad August.

Faust. l. 22 cap. 18.

Vide lib. 8. de haes. Pet. l. 6. cap. 3. Ouellet. 9. Gallor.

Lessius lib. de praedest. scilicet. 6.

Suarez l. 4. de praedest. n. 1. 2. & 3.

Math. in ibi. Con. ord. divers. lib.

Aug. lib. de dono perfr. cap. 6. & 7.

Faust. lib. 1. de grat. & lib. arb. c. 17